


STUDI DI TORINO
CA
BOBBIO
FETTA

q
6





APHTH ONII

Declamatoris optimi & utilissimi præ
exercitantorum libellus aureus

Latinitate donatus / & ad cōeni

Studioforum utilitatē diligen

tius recognitus . Non ad /

miretur lector si quædā

ab impresso exem /

plari Græco dixer

sa offēdet: quo

niam qui

transi

lit alia


inter

dū

lectiōne

ductur . illa

non probavit .



APHTHONII DECLAMA
 TORIS PRAEEXER
 CITAMENTA IO
 ANNE MARIA
 CATANAEO IN
 TERPRE
 TE.

Definitio Fabulae.



ABVLA
 A Poetis ori
 ginem di
 xit : qua
 etiam ora
 tores utun
 tur / ubi ad
 monere in
 tendunt. Est
 autem fabu

la sermo falsus veritatem effingens variis

Species.

modo appellata. nam modo Sybaritica:
modo Cypria dicta est mutatis pro inven-
torum varietate nominibus, obtinuit ta-
men: ut potius Aesopia diceretur: eo
quod Aesopus omnium optime fabulas con-
scripserit. Fabularum quaedam sunt ratio-
nales: quaedam morales: quaedam mi-
xtae, rationales: quibus fingimus boni-
nem aliquid facere: morales quae irratio-
narium morem imitantur: mixtae ex
utrisque: rationalibus & irrationalibus.
Si admonitionem: cuius causa Fabula in-
uenta est: praeposueris: Antefabulam
nominabis: verum si postposueris: Ad-
fabulationem appellabis.

Antefabula

Fabula Fornicarum & Cicad-
darum immores ad la-
bores adhor-
tatis.

AESTATIS Erat vigor: cum
cicadae continuam cantilenam re-
sumebant: at formicae laboribus

intentæ erant : ut fructus colligerent : quibus hyeme uescerentur : ea igitur superueniente formicæ laboribus suis uescenbat /
tur . Sed inopia Cicadarum oblectationem subsequebatur . Sic iuuenis labores subterfugiens senectutem miseram ducit .

Ad fabulatio .

Definitio narrationis .

NARRATIO EST expositio rei factæ / uel tanq̄ factæ . Differt autem narratio ab expositione sicut a pœsi poema . Poesis enim est tota Ilias : poema autem Achillis armorum descriptio Narrationū aliæ sunt poeticæ : quædam historicæ : aliæ civiles poeticæ sunt quæ finguntur : historicæ : quæ ueterum gesta narrant : civiles : quibus in controuersis oratores utuntur . Narrationi sex accidunt : persona agens : res gesta : quo tempore gesta sit : locus in quo transacta : modus quomodo : causa propter quam . Virtutes narrationis sunt quattuor :

Species .

claritas: breuitas: persuasio: & uerbo /
rum latinorum electio.

Narratio super
Rosa.

Persona.
Res.

Causa

Modus

Locus

Tempus

QVI ROSÆ decorem admira /
tur: hic Veneris uulnus con /
sideret. Adonin dea deperi /
bat: Mars ipsam: hocq; erat Adonidi dea
quid Veneri Mars. deus amabat deam:
& dea sequebatur hominem. par erat ar /
dor: & si genus indifferens. Mars rina /
lis Adonin demediō tollere decreuit / ra /
tus Adonidis morte pariter amorem Ve /
neris interiturum: quare Adonin uulne /
rat. quod cum Venus rescisset: matura /
uit / ut opem ferret: se stinabundaq; Ro /
sæ occurrens in spinas incidit: & i plau /
ta sedis traiffixa fuit. itaq; sanguis e /
uulnere defluens Rosæ colorem in suam /
transmutauit. nam Rosam prius candi /
dum: i rubrum colorem: qui nunc cerni /
tur: conuertit.

Definitio Chriae.

Chria est commemoratio brevis
aliquam personam apte referens:
ideo Chria appellata: quod utilis
sit, Chriarum aliquę uerbales: quę
dam actiue: alię mixtę. uerbales sunt:
quę utilitatem oratione significant: ut Pla
to uirtutis ramos e / sudoribus ac labori
bus produci dicebat: actiue sunt: quę
actionem declarant: ut Pythagoras inter
rogatus quanta nam esset hominũ uita: cũ
per breue temporis spacium se conspicien
dum dediss. t: latebras petiit: mensuram uĩ
te ex momentaneo conspectu designans.
mixtę uero sunt: quę ex utrisq; oratione
& actione consistunt. ut Diogenes intui
tus adolescentulum lasciuum / pedagogum
percussit superaddens / cur talia instruis?
Hęc igitur Chrię diuisio: quam capitũ /
bus his conficies laudatio / ab expositio
ne: causa: conerario: comparatione: exē
plo: testimonio antiquorum: epiloga
breui.

Species.

Chria verbalis .

Expositio Chrie .

A laudatio

Ab exposi
tione.

A causa

I Socrates doctrinae radicem amaram esse dicebat: fructus vero dulces. Merito Socrates ob dicendi artem laudandus est: quae sibi nomen clarissimum comparavit. quantumque esset / ipsam exercendo demonstravit: eamque illustrem fecit: non ipse ab illa illustratus est. Longum ergo esset deserere quaecumque reges cum admonendo / tum persuadendo sigillatim mortalium vitam beneficio affecerit. Ceterum quae iam de eruditione verissime protulit: qui studia amat a laboribus inchoat: laboribus tamen utilitatem desinentibus. Haec sunt quae philosophice scripta ex sequentibus admiranda esse comprobabimus. qui enim bonis artibus capiuntur: hi sane cum professoribus doctrinarum conuersantur ad quos accedere formidolosum: & eos deserere id est pessimum est metus semper praeter tenet, siue praecipitorem intueatur: siue ad illum.

uenturi sint. succedunt preceptoribus pædago
gi. visu terribiles sed dum uerberibus se
formidolosiores: qui etiam priusq̄ uerberent:
timentur: timori punitio succedit: dum puerorū
peccata castigant: & domestica uirtutis opera
iudicant. pædagogis patres a speriores sunt fi
liorū uias indagādo / ad se propius accedere im
perando: in primis eorum in foro cōuersationē
inspicādo: quod si opus fuerit in filios animad
uertere: ita exardescūt: ut se parentes esse obli
uiscantur. Verū huiusmodi rebus puer consue
scens postq̄ in uirū euaserit: merita uirtute co
ronatur. Quod si aliquis hęc ueritus precepto
res fugiat: parentes deuitet: pædagogos auertat
omnino dicendi scientia priuabitur: & metus
causa eloquentia carebit. Hęc igitur omnia Iso
cratem sentire persuaferunt eruditionis radicē
amarum esse. Nam quemadmodum agricolę
summo cum labore terre semina mandant: fru
ctus uero maiore cū uoluptate colligunt: ita eru
ditionem uendicantes / uigilijs sibi apud poste
ros gloriam comparant. Demosthenis uicant
inspice super omnium oratorum laboriosam
idcirco ceteris gloriosorem. adeo. n. studio in
tentus fuit: ut comam capitis ornamentum se
pius deposuerit: ratus id bellissimum decus:

B

A. cōtrario

A. compara
tione

Ab exēplo

A testimonio antiquo
rum

Ab Epilogo

quo d a virtute promenisset: igitur que alij uolu
pratibus dispēfant: eadē laboriosis Incubra
tionibus impendit. Itaq; non mediocrem laudē
Hesiodus meretur/ubi asserit uirtutis uia aspe
ram esse: cacumen uero plantum: nam idem qd
Isocrates ptulit: Hesiodus .n. uiam: Isocrates
autem radicem appellauit / diuersis uerbis
eandē uterq; sententiam demonstrantes. Que
si recte considerabimus/ Isocratem merito lau
dabimus: ut qui sapienter de eruditione bellissi
ma conscripserit .

Definitio sententię.

Species

Sententia est sermo compendiosus in enū
ciationibus/ que nos ad aliquod exhorta
tur: uel dehortatur. Sententię alię sunt
exhortatiue: alię dehortatiue: quedam enūcia
tiue: nonnullę simplices: quedam cōiunctę: ali
que persuasiue alię uerę: alię excessiue . Sen
tentia adhortatiua est ut illud. Dedecus est to
tam consultum Stertere noctem: enuciatiua ut
illud. Opus est profecto pecuniarę: sine quibus
nihil oportuni fieri licet. Simplex: ut illud.
Vna auis addicat/patriam seruare licet. con
iuncta: ut illud. Non mihi sint plures domini:

rex unicuique est. persuasiva ut illud. Talis est
unus quisque; quorum consuetudine oblectatur. ne
ta: ut illud. Nulli licet inuenire vitam sine tri-
stitia. excessiva. ut illud. Debilius nil terra fa-
cit mortalibus ipsis. Hec igitur sententiae diu-
sio: quam ex capitibus Chriae conficiet: laudati-
uo: ab expositione: a casu: a contrario: compa-
ratione: exemplo: testimonio antiquorum: epilo-
go breui. Differt autem Chria a sententia: quod
Chria aliquando actiua est: sententia in oratio-
ne semper consistit: ac Chria personam requi-
rit: sententia vero sine persona pronuntiat.

Sententia exhortatiua.

Theognis poeta dixit. Pauperiem qui
Cyrus fugit: se praestat ab altis in mare
uerticibus mittere aetiferum. Prouidit
Theognis ne iure poesim accusaremus fabula-
rum loco praepcepta sapientiae complexus. nam cum
poetas fabulas plurimum facere uideret: eas omit-
tendo bene uiuendi praepcepta metro composuit:
simulque metrorum gratia seruata praepceptorum
utilitatem introduxit. Pluribus ergo Theo-
gnin commendare praesertim in iis quae uerissi-
me de paupertate conscripsit: possemus. quid

Ab expositionem nam igitur dixit? Qui vitam in miseria ducit
 mori potius amet: multo. n. melius a vita discedere: q̄ solē sui dedecoris testem habere. Hęc
 sunt quę ex philosophorū dogmate protulit: licet autē considerare qua ratione motus elegāter
 ipsa tractauerit. Nam qui in paupertate uiuit: a teneris annis ad uirtutes non instituitur: in
 robusta uero etate pessima quęq; consecratur.
A causa, Si. n. legationem gerit: patriam pecuniarū gratia prodeat: ad argentum in concionibus perorabit: & sortitus iudex pro suffragiis dona suscipiet. At qui paupertate non premuntur: ne
 quāq; similes existunt. nanq; a pueris optima exercent: uiri effecti omnia splendide faciunt: ad festa. n. celebranda: & ad bellū gerendū large pecunias conferunt. Ac sicut uinculo grauidenti impedimentum bene faciendi uinculum habent: ita liberē loquēdi egenis inopia obstaculo fit. Contemplator Iru: qui quāq; Ithacē sum uisus fuerit: eandem tamen ciuib; alijs dicendi libertatem nō obtinuit. Quinimo tantum ipsi inopig fuit: ut appellationem paupertate mutauerit. Arrēus. n. primo uocatus est: postea Iru appellatus: id ab administratione cognomentum assequutus. Verum quid Iru opus est recensere cum Ithacē dicitur Ulysses

quando in patriam suam appulsus paupertate
simulavit: paupertatis malorum particeps fue-
rit: domi suæ a temulentis ministris percussus:
& iniuria affectus. adeo paupertas meo iudicio
dura res est. Quare non immerito Euripides
laudandus est: qui nihil perdidit: rem ma-
lam esse refert: neque posse nobilitatem paupertatem
immutare. Itaque Theognis quibus nam satis
dignis laudibus prosequemur: qui talia de pau-
pertate ex penitissimo sacrario philisophiæ pro-
tulit?

Definitio confutationis.

Confutatio est alicuius rei propositæ
destructio. Confutanda autem non quæ
nimis manifesta: nec quæ omnino im-
possibilia sunt: sed quæcumque medium quædam
ordinem servat. Necesse est qui confutare que-
runt: primo dicentibus calumniam intendere:
deinde expositionem rei subiungere: hisque capi-
tibus uti: primo, quidem obscuro: & incredibili:
ad hæc impossibili: & inconsequenti: ac indecen-
ti: postremo in ferre inutile. Hæc præ exercita-
tio omnem artis vim in se continet.

Confutati quod non veri similia
que de Daphne dicuntur.

A testimo-
nio antiquo-
rum
Ab Epilogo

Prooemii
ex dicentium
calumnia.
Prooemii
alia propo
sitio

Ab expositio

Ab obscuro

Ab incredi
bili

Absurdum esset poetis contradicere: nisi nos ipsi aduersus se concitassent: primum in deos absona confingendo. Stultum igitur esset illos nullam deorum rationem habere: nec uero poetarum scriptis parcere. Omnes quidem deos conuicio affector esse moleste se rebam: in primis tamen Apollinem: quem sibi poetice ducem elegerunt. qualia. n. de Apollinis Daphne fabulati sunt? Daphne (ita dicunt) e terra & Ladone nata est. cuiusq; multum forma prestataret: ad sui amorem Pythium induxit. itaq; illam deus persequabatur: & persequendo non consequebatur. uerum terra filiam suam suscipiens in eiusdem puellę nominis arborem transmutauit: qua coronatus Apollo fuit: ex ea enim arbore corona tripodi Pythio proposita est: quoniam deus puellam mortalem dilexisset: laurusq; uaticinij indicium effecta est. Hęc sunt que fabulantur. uerum tamen ea nos ex sequentibus confutare possemus. Daphne nata est ex Ladone & terra? Et quomodo credibile est: ita genita esse? hęc enim femina fuit. Sed parentes diuersam ab ipsa naturam adepti sunt. Quomodo Ladon terre copulatur: aquis inundans? ergo omnia flumina terre mariti nominabantur. omnia namq; ipsam in

mergunt. Sin autem a fluuio nata est femina:
possibile igitur est fluuium ab hominibus na
sa. nam per successiones parentes inducan
tur. Cur dicunt factas nuptias inter fluuium
& terram: cum Hymeneus rerum sensibi
lium sit. terra autem sensibilis non sit?
aut igitur Daphne inter flumina recensenda
est: aut Ladon inter homines conuenerandus.
Sed poetis e terra & Ladone Daphnen nasci
cōcedamus. Puella nata apud quos educata est?
nam & si generationem concessero: impossibile
tamen est educationem proēdere. Vbi enim
puella uictum habebat: per Iouem apud patrē?
& quis hominū in fluuio uiuit? illam ne pa
ter fluctibus submergēdo: uel fluminibus edu
cando abscondit? at sub terra apud matrē: puel
la degebat. ergo latuit: ac latendo spectatorem
habere nequiuit. cuius aut forma latuit / amo
ris principium habuisse non admittitur. Si uis
hoc etiam poetis cōcedamus. Quomodo deus
amabat: & amore diuinam naturam mentieba
tur? amor. n. mortalium rerum pessima est. ac
impiam est asserere deos grauiissima commit
tere: siquidem in omnibus rebus ac nos dii mo
lestius afficiuntur: quid a mortalibus differunt?
quod si grauiissimo amoris morbo subiecti sūt:
non ne uulgaribus similes existunt? cum aspe

Ab impossi
bili

Ab indecen
ti

Ab inconfe
quenti

Ab inutili

Ab epologo
breui.

rima queq; sustineant? Sed neq; amore deo
rum natura afficitur: neq; Pythius amator Da
phnes exitit. Quomodo Phebus puellam per
sequendo cursu superatus a mortali fuit: viri
mulieribus prestantiores sunt: & foemina ma
ius dijs robur habuerunt? Quod viris minus
est: qua ratione deos excellit: cur mater fugie
tem filiam suscepit? an ne inter vilia nuptie co
numerande sunt: que si sunt: cur ipsa mater fa
cta est: quod si nuptie inter bona censentur:
cur filiam bonis priuauit? Aut ergo mater non
fuit: Aut si fuit: mala reputatur. Cur operibus
suis terra repugnabat? Apollinem contristat: ut
filiam seruet: rursus eundem demulcet: dum ipsam
in lucem producat. illum demulcere non opor
tuit: si contristare uoluit. Cur deus apud tripodas
lauro coronatus est: laurus uoluptatis in
dex fuit: at uirtutis signum diuinitas ostendi
tur. Quomodo diuersa natura coniunxit Apollo
cur mortalis quidem amicus: immortalis uero
amator? Iam finem accusandorum poetarum
faciam: ne aduersus illos orationem habuisse
uidear.

Definitio Confirmationis.

Confirmatio est alicuius rei propositae
approbatio. Confirmanda autem sunt:

non quę admodū manifesta: nec quę omnino
impossibilia sunt: sed quę cūq; ordinem mediū
seruant. Qui confirmare interdunt: omnibus
capitibus confutationi contrarijs utentur. pri
mo quidem: ut dicentis laudem dicant: d inde
per partes expositionem ponant: & contrarijs
capitibus utantur pro obscuro diluendo: pro
incredibili credibili: & possibili pro impossi
bili: cōsequenti: pro in cōsequenti: decēti pro in
decēti: utili pro inutili. Hęc exercitatio om
nem artis vim comprehendit.

Confirmatio quod uerisimilia sunt
quę de Daphne dicuntur.

Qui poetis cōtradiat musis ipsis: cō
tradidere uidetur: quomodo. n. mu
sis non contradicit: qui poetę scri
pta damnare quęrit: si quę cūq; poetę loquun
tur: hęc musarum consilio diserunt? itaq; om
nium poetarum sententiam comprobo: illius au
tem maxime: qui Daphnē ab Apolline dilectam
sapienter protulit. Quę nam aut sunt: quę scri
benti huiusmodi quidam fidem non adhibent?
Daphnē e terra & ladone natam dicunt. Cur
hoc apud deos incredibile: num aqua & terra
omnia gignunt? num elementa uitę semen
producunt? quod si omne quod nascitur] a

Adicentiū
laude

Alia proce
pti propos
itio.

Expositio
rei
A manifest
flo

terra & aqua procedit Daphne a terra & I adone
proveniens communem omnium generationem
confirmat. Genita aut unde omnes nascuntur
ceteras forma superabat. Et verisimile admo-
dum. que n. primo e terra emittuntur: cum na-
ture pulchritudine producantur, multe autem
corporum mutationes constitutę sicut: apud quas
pulchritudo cernitur: quod vero primum appa-
ruit: id est omnium formosissimum. Itaque verisi-
le est Daphnen e terra genitam ceteris for-
mosiorem extitisse: ob cuius mirandam pulchri-
tudinem Pythius amore captus est nec inme-
rito. quicquid. n. pulchri cernitur in orbe: id a
dijs processit. Quod si inter humanas res fel-
cior reliquis bonis est pulchritudo: cum sit deorum
munus: illa in re deum amatorem habuit. nam
que dii largiuntur: ea omnia numina diligunt.
Deus autem amore captus affectui mederi ma-
luit. Sic. n. se habet huiusmodi virtutes labore
comparatę: cum neque sine vigilijs virtutem acqui-
rere liceat. Quamobrem laborabat amator: &
amando amicum non comprehendit. quoniam nulli
licet: per se ipsam virtutis cognitionem consequi
unde ferunt poetę Apollinem amare non terra non
deorum naturam redargendo: sed dum huius per-
fectionis causam virtutis naturam esse ostendit

A credibili

A possibili

dunt: id quod exprimit Apollo persequens: & persecuta Daphne. ut deus sit qui virtutē que rit: ipsa uero uirtus Daphne. Fugientem filiū mater suscepit. Nam mortalia omnia talem naturam acceperunt ut ad ea a quibus genita sunt: sustinent. Igitur Daphne e terra genita ad terram concedit. Et terra puellam suscipiens plantam emisit. Vtrumq; opus terrę propriū: ut in hanc homines cadant: & arbores ab ea nascantur. Et nata arbor Apollini honoris causa fuit. Dij. n. extra suam providentiam ne arbores quidem reliquunt. quinimmo geminantibus frondibus coronantur. nam terrę primitiæ dijs dicantur. Et diuinationis arbor facta est indicium. Hoc autē conueniens puto. Daphnen. n. poetarum multi sobriam id est temperatam apellāt ac oracula dare a temperantia puenit. Itaq; qm̄ puella uoluptatis exprimit: uirtuti dicatur. nam quā intemperantia laborat: futura non prospiciet. Quas ob res poetas ueneror: & mirandum in modum carmina celo.

Definitio cōmunis loci.

C Omnis locus est sermo amplificatus bonorū aut malorū: quē alicui in se fieri sic appellatur: quod omnibusque

C ii

A cōsequēti

A decenti

Ab utili

Iterum a decenti

Ab etīologo
bruid

eius rei participes sunt, cōmuniter conueniat.
Nam cōtra proditorem oratio omnibus huius
modi actionis participibus cōmuniter competit.
Deinde orationis id est argumentationi iam per-
actę, & epilogō similis est. Quare cōmunis lo-
cus proœmij non habet. Iuniorū tamē exer-
citatiōnis causa quādam proœmij formam fun-
gere poterimus: cui subdes capita, primum ex
contrario: deinde inferes expositionem nō tan-
doceas: res. n. cognita est, sed ueluti auditorem
inuites: post quā comparationem ex compa-
ratione introduces argumentis colligendo illud
quod accusas maius esse re accusata / exempli
causa tyrannum longe atrociorē homicidā.
postmodum collocabis sententiā capitū, sic uo-
catum agentis mentem calumniando: deinceps
digressionem a coniectura præteritam rei uī-
tam notando: deinde misericordię exclusio-
nem in fine præexercitatiōnis finalia capita
legitimum: iustum: utile: possibile: honestum:
ab euentu.

Contra Tyrannidis affectatorem.

Proœmij
ab exposi-
tione

Q

Vandoquidem stant leges: & i sta-
tu populari iudicia apud nos exer-
centur: legibus poenam sustineat

qui leges de medio tollere querit. nam si a pre
senti liberatus supplicio vitam popularem du
turus esset: illi forsitan aliquis pœnam remit
tere posset: postq̄ uero violentior futurus est:
si presens supplicium effugerit: quomodo iustū
est: si in presentia hunc absolueritis: sic uos ty
rannidem constituere? Namq; omnes iudices
ex reorum absolutione nullum detrimentum
patiuntur: uerum si tyrannus absoluetur: iudi
cibus ipsis damna inferet. si. n. tyrannus domi
nabitur: iudicia penitus tollentur. Videmini au
tem mihi posse in re presenti diligentius exami
nare: si nostrorū maiore iudicium considerabi
tis. Ut nobis progenitores benefacerent: temp.
a dominatu liberam excogitarunt. neq; iniuria
quandoquidem hominibus aliq̄ interdum fortu
nae accidunt: que priores hominum sententias
mutant. Illi ergo fortunę inæqualitatem emen
dantes legum equalitate leges sanxerunt: qua
nam & eandem sententiam cunctis gignerent.
Qua propter in ciuitatibus lex est correctio
malorum: que fortuna causat. Que cum iste
nihil respiceret: quoddam pessimum consilium
inuit: ut reip. leges solueret: taliaq; secum dis
seruit. Dii boni cum ceteris maior sim: nunqd
patiarini omnino meis popularibus querere for

A cōtrario
argumentū

Narratio

tunāq; mihi diuitias esse frustra largitam con-
cedam: si eadem quę uulgus patiar: congregati
q; pauperes indicabunt? quodq; multis uidebit
ur/id mihi tanq̄ lex obseruandum erit? Que
igitur horū liberatio fiet? occupabo arēn: pesti-
meq; perdendas leges de medio tollam. istaq;
ratione multis lex ero: neq; mihi populus lex
erit. Hęc secum in cassum reuoluit. id. n. deorū
benignitas prohibuit / an ergo quibus grati im-
diis debemus: hęc eadem hodie tyrannum sal-
uabunt? Atrox est homicida: sed tyrānus atro-
cior existit. ille. n. in obuiam aliquem eēdem cō-
mittit: at hic omnes ciuitatis fortunas inuertit.
Quo igitur minus est malū unū q̄ omnes ne-
cite / tanto minus homicida tyranno reprehens-
dendus est. Atqui sequitur / omnes homines li-
cet grauissima commiserint: saltem a facinore
sententiam excusare possint: uerum tyranus
solus audaciam suam inuitam pretendere ne-
quibit. itaq; si inuito tyrannidem gerere aggres-
sus fuisset: fortasse aliquis sententię gratia ipm
absolueret possset. Verū quādoqui iam id consul-
to patrauit: quomodo crimen animo ante faci-
nus perpetratum culpa liberare iustum est?
Igitur reliqui omnes rei apud uos presenti tan-
tum crimini obnoxii sunt: propterea autē estē

A compara-
tione miōris

Sententia

Libreſſo

uictura



vitam sepius absoluntur: solus uero tyrannus
cum presentium preterita uita condemnandus
est. cum priorem uitam in rebus mediocri-
bus nunquam duxerit: & ad presentem uis que animo
commisit truculentior factus sit. Quamobrem
pro utrisque & quibus nos antea ac postmodum
tristitia affecit / penas luat. quinam ergo ipsum
deprecando liberabunt? Per Ionem filium Sed quid
deplorabunt: tunc leges adesse putate: pro qui-
busque pro huiusmodi filiis longe iustus est
iudicare. propter. n. eius filios tyrannis confir-
maretur. uerum per leges uos iudicandi facul-
tatem habuistis. Itaque per quas uos iudicandi ius
accepistis: iustus est pro ipsis suffragia ser-
uatis. Atqui si lex est patrie liberatores hono-
randos esse: restat ut tyrannos: qui illam in ser-
uitutem redigere uolunt puniant. Itaque iustum
est: ut eam a uobis penam subeat: quam in uos
ipse struxit. Si. n. tyrannus occumbet: id uobis
utile fiet. quoniam firma prestructio confirmandi
leges erit. Facile uero penam de presenti ser-
uare poteritis non. n. uobis auxiliaribus sociis
in opprimendo tyranno opus erit: quemadmo-
dum ipsi in tyrannide occupanda nocesse erat
Verum iudicium suffragia sufficient: ut omnem
tyrannidis potentiam destruat.

Misericos
die exclus
sio

Legitima
Iustum

Vtile
Facile
possibile

Definitio Laudationis.

Laudatio est oratio bona exprimēs / quę
 alicui insunt gręce encomion appellat:
 eo quod εν κωμοις id est in iuis an-
 tiquitus canebant. nam antiqui κωμοες angli
 portus dicebant. differt ab Hymno & epœno:
 quod bymnius deorū sit: encomium vero mor-
 talium: & quoniam epœnis paucas uerbis fiat: en-
 comium autem secundum rhetoricę art. in profe-
 ratitur. Laudandę sunt personę: re: temporalio
 et animalia irrationalia: ad hęc plāte. personę
 quidē ut Themiscydides / & Demosthenes: res ue-
 ro ut iustitia: & temperantia tempora ut uer-
 aut ęstas: loca ut portus / aut horti: irrationalia
 animalia / ut equus / aut bos: plantę: ut uitis / aut
 oliua. Laudandū est cōmunitē / & sigillatim:
 cōmunitē quidem ut omnes Athenienses: sigil-
 latim uero ut Atheniensem uirū. Hęc igitur
 laudationis diuisio est: quam his capitibus con-
 ficias. Procepiaberis secundum propositam ma-
 teriam: deinde genus referes: quod in nationē:
 in patriam: in maiores: in parētes diuides: post
 ea educationem recensabis: quam in professio-
 nem artemq; ac leges diuides: deinde iſeres res
 ęstas laudum maximum capit: quas i animū
 ac corpus / fortunęq; partieris: in animū quidē:

Нумни
 Енкомийи
 Ерелии.

ut in fortitudinem & prudentiam: in corpus
autem ut in pulchritudinem aut robur aut ve-
locitatem: in fortunam vero ut in principatū
diuitiasq; & amicos. post quę comparisonem
ex alterius laudatione subdes: quod laudas ma-
ni esse apte colligendo. Postremo epilogum no-
to q̄ simillimum.

Laudatio Thucydidis.

O Peregrinum est qui nobis utilia ex
cogitarunt uenerari: quibus humanę
uitę pulcherrima compararunt: earūq;
rerum inuentum ad illos referte decet. Igitur
non iniuria Thucydide pro litterarū studijs cō-
mendabo: ac prerogativa quadam ipsum in pri-
mis ob res gestas uenerandum iudicabo. Pul-
cherrū est omnes benefactores colere: sed eo ma-
gis Thucydide pre ceteris: quo rem omnium
pulcherrimam inuenit. nihil. n. in terris litera-
rum studijs prestantius: sapientioremq; circa
illa Thucydide neminē inueniemus: qui natus
est in urbe: quę ipsi uitam & artem prestitit.
non. n. alibi: sed ubi litterarū studia nata eē cre-
duntur: genitus est: Athenasq; uitę suę parent-
em sortitus a progenitoribus regibus originē

Proœmiū.

Genus

Educatio

duxit: nataliumq; bona/que illi abunde inerant/
ex maiorū genere procellere. Hęc igitur utraq;
adeptus generis potentiam/ & temp. popularem
in utriusque emendationem ab utraq; gloriam/
& utilitatem reportauit propter. n. Atheniens/
fium reip. equalitatem ne pecunias iniuste cō/
pararet effugū: & popularem/ communemq; in
opid generis splendore celauit. Ex talibus oriū
dus in rep. Atheniensium/ & legibus/ que cete
ris omnibus prestantiores sunt/ educatur. (Cū
autem simul & i. armis uiuere/ & legibus deere/
uisset/ idem etiam philosophari / & exercitum
ducere constituit: ne litterarū studia armis pri/
uaret: neq; bellum a prudentia remoueret: unāq;
earū reip./ que eandem artem non habent/ exer/
citationem fecit/ litterarū studia/ bellumq; / que
natura disiuncta sunt/ in unū complexus. Postq;
uero ad statem robustam peruenit: sibi- ut ea/
quibus se honeste exercuerat/ laudaret: occasio
nem dari perquirebat. Mox igitur fortuna bel/
lum suscitauit: ac ea/ que ab omnibus gręas ge/
sta fuerat/ sibi tanq; propria scribendo uendicauit:
neq; que bellum conflauerat/ interire susti
nuit. que. n. singuli gesserant longo tēpore obli
terari non permisit. unde Plateę captiuitas co/
gnita ē: denū statę res atticę uulgate sunt: Pclo

Res gestę

ponesufq; ab Athenienfium nauibus circumna-
 uigata monumentis mandata eſt. Nauales pug-
 nas uidit Nauarictus, quę omnia in obſcuro
 iacere hiſtoricus Thucydides non paſſus eſt.
 Leſbi captiuitas noſtris etiã temporibus ce-
 lebratur: neq; pugnam aduerſus Ambraciotas
 commiſſam longa temporis intercapedo abſti-
 lit. Lacedemoniorũ etiã ſententia iniuſta ſci-
 tur: Sphaacteria/ & Pylus ingens Athenienfium
 facinus non intercidit: unde apud Athenienſes
 Corcyrei conaonatur: quibus Corinthij contra-
 dicunt. Aegmenſes ut Athenienſes accuſent. La-
 cedemona accedunt. quãobrem Archidamas in-
 feſtam concionem habuit. Ceterũ Steneleidas
 ad pugnam Lacedemonios conãtare conatus ẽ.
 Preterea quomodo Laconicã legationẽ ſpre-
 uerit Pericles: neq; Athenienſes peſte laboran-
 tes exardereſcere permiſerit. Hęc autẽ omnino
 apud Thucydidem hiſtoricum in perpetuum
 cuſtodiantur. Proinde quis ei Herodotum cõ-
 parabit? at hic quidẽ uoluptatis gratia ſcribit:
 ille uero omnia ueritatis ergo narrat. Igit̃ quod
 adulationis gratia ſcribitur eol quod ueritatis
 cauſa dicitur quanto inferius eſt: tanto Herodo-
 tus in rebus laudabilibus a Thucidide ſuperat-
 ur. Multa nobis alia pro Thucyd. de dicenda

Cõparatio.

Epilogus

supererant: nisi si omnia persequi uellemus: nos
laudum copia obrueret.

Sapientie laudatio.

Proemii

Genus!

Summa quidem felicitas est sapientiam asse-
qui: eam uero pro dignitate commendare
impossibile: cui felicitatis tantum superest
ut communis diis possessio sit constituta. Nam
deorum alius aliud aliquid exercuit. Iuno uir-
tibus preest: bellis cum Pallade Mars. Fabrilis
que igni perficiuntur Vulcanus elaborauit. dux
nauigantibus Neptunus est. Denique deorum
hic & ille hanc illamque rem curauit, omnes autem
sapientie participes fuerunt: Sed precipue ante om-
nes Iuppiter. quo. n. diis potentior: eo omnibus
sapientior est. Sapientiaque Ioui regnum confir-
mauit, quam dii secum genitam adepti sunt. in-
de id donum in terras descendit: deorumque filij
sapientia sua maximam humane uirgilitate
intulerunt. Quapropter poete laudem meren-
tur: qui Palamedem & Nestorem / sine quocumque
alium in primis sapientissimum cauunt: deorum
filios confuxere. non quia deorum naturam hab-
berent. Nam & ipsi dii fuissent: generisque com-
mune uirtutis participes fuisse monstrarent.

sed quibus virtutem deorum compararunt: propterea deorum filij crediti sunt. illi. n. a dijs geniti videntur: deorumq; pignora putantur: sapientia quoque id donum tanq̄ generis sui indicium præcessit. sapientia & pace, & bello principatum obtinet. nam quedam res in pace tantum excellit: quedam in bello solum admirandæ sunt: Sola omnium rerum sapientia & pace & bello tanq̄ alteri mirandum in modum dedita dominari novit. in bello. n. ita se gerit: ut omnino pacem nescire videatur: pacis aut̄ ita participes fit: tanq̄ bellum penitus ignoret: cuiq; rei præsit / solius esse credatur. nam in pace leges sanat: ac omnes quietis species amplectitur. Verum in bello quo modo vincendum sit ostendit. Hæc igitur primas in armis partes obtinet: nemeneq; sibi in popularibus concionibus superiore esse patitur & armatis & togatis pariter dominari novit. Sola que deorum sunt. sapientia discernit. sola n. tanq̄ deus futura cognoscit. ipsa terrarum cultum agricolas docuit: nautasq; navigandum mare instituit. neq; fructus sine sapientia colligere: neq; navem absq; sapiente gubernatore ascendere licebat. Itaq; quicquid abunde mare distat: & mortalibus quecumq; terra præstat: hæc inventa sapientie fuerunt. Quæ in celo

sunt arcana reuelauit. ipsa & enim quantum sol
cursum per facit: quæq; astra circuit sola homini
bus sapientia indicauit. Sapiens insuper terre
na nouit. ac quid post obitum erimus: sola nos
sapientia docuit. Hæc Troiam cepit: ac quam
longa dies expugnare nequiuit: consilium sapi
ens subiugauit: uniuersamq; Troianorū uim di
ruit unius uiri consilio uoti, compos sapientia
effecta. erutus Cyclopius oculus sagaci Vlyssis
inuento. Quicquid igitur excellit id a sapientia
prouenit. Proinde quis ei robur comparabit?
Ceterum quod robur efficere potest in sapien
tia consequitur. Quod si a robore prudentiam
abstuleris/merito uis corporis uituperabitur.
Multa pro sapientia disserenda supererant: uel
tam paucis cuncta complecti impossibile est.

Cōparatio

Epilogus

Definitio uituperationis.

Vituperatio est sermo exponens mala
quæ alicui insunt. in hoc autem a loco
cōmuni differt: quod cōmunis locis pu
nitionem complectitur. Vituperatio uero solam
calumniam continet. Diuiditur iisdem capitibus/
quibus etiam laudatio: totq; uituperare/quot est
laudare oportet: per personas: & res: tempora: & lo

ca: irrationalia animalia: ad hęc plantas: Vitu-
perandum est generatim: & speciatim. Post
proœmium genus collocabis: quod secundi in
laudationis præcepta diuides: deinde educatio
nem: ac res gestas: cõparationemq; & epilogum
sicut in laudationibus dispones.

Vituperatio Philippi.

Neq; virtutem sine laude / neq; vitium
sine vituperatiõe fas est præterire. quã
do quidem bonos laudando / malos au-
tem vituprãdo idem emolumenti consequimur.
Omnes igitur qui male viuunt / male audire me-
rentur. Sed eo magis Philippus: quo omnes sce-
lestos longe superauit: quã ex gente omnium
barbarorũ uilissima natus est. Ut quę diu incer-
tas sedes prætiorē tenuerit. Argui. n. illos pri-
mum eiccerunt: deinde uagi ad eam / quam nũc
obtinent / confugerunt. Itaq; in duo dedecora ut
sedem incolendam haberent: incidereunt: dum
præstantioribus cędunt: & deteriores se expel-
lunt. Ut tum imbecillitate / tum auaricia nullũ
illis firmum locum incolere concessum sit. Hu-
iusmodi gente oriundus a deteriore urbe pro-
cessit. barbarorum. n. pessimi Macedones. Pella

Proœmiũ

Genus

Educatio

Res geste

uero totius Macedoniae uilissima: in qua ciues
turpiter seruiunt. Ab hac urbe originem trahens
crudeliores patria ipsa maiores sortitus est. nam
Philippus huius Philippi proauis ignobilitate
generis ad principatum non admissus est. dein
de aduenis copijs pater Amyntas in regem assum-
ptus fuit. expulsus. Athenienses ab exilio re-
duxerunt. Talibus progenitoribus Philippus
apud Athenienses obses fuit & quaque inter graecorum
optimos uersaretur: mores tamen efferos
nulla humana consuetudine muta it. Verum
inter graeca studia intemperantiam barbaricam
per se tulit. cumque graeci a barbaris moribus
& institutis differrent: utrisque tamen in sensu
extitit: dum eadem in dissimili genere maligni-
tatem exercet. Primo quidem genus suum con-
tra suos perfidus subiugauit. inde proximos in-
uadens uastauit: Illiricisque Paenas uictor addi-
dit: ac Triballorum regionem incurrendo cepit
totque nationes quot infelici fortunae expositae
erant subiugauit: Ceterum in pugna barbarorum
corpora capiebat: eorum autem animos in pote-
statem suam nequaquam redigebat. Verum armis
subacti de se felionem somniabant. ac si operibus
seruiebant: mentis tamen discursu liberi erant.
& dum sibi finitimos barbaros adiungeret: recte

contra grecos via procedebat. Primo quidem
in Thracia Grecorum oppida subiugavit: atq;
in deditionem Amphipolini recepit. Pydna autē
manapium fecit: ac Potideam prædictis adiunxit
neq; Pheras/ & Pagasas/ neq; Magnesam extra
Pheras omisit. Sed universas Thessalorū urbes
subiugavit: & ueluti ad seruiendū constructę fo
rent: id seruiendo ostendebant. Vitę aut ipsius
exitum etiam referre operę præiū est. nam ut
ui multa subegit: ipseq; fœdera contemnēdo fœ
deribus stantes captiuos faciebat: Sic dii prop
ter ea quę præter fidem cōmiserat/ irati necem il
li meruam intulerunt. non. n. ipsam in pugna
occiderunt: neq; eius finis strenuū pignatorem
testem fecerunt: sed in ipsis uoluptatibus conse
cerunt/ uoluptates pulchrā Philippo parentatio
nem facientes/ ut & in uita & morte illas intēpe
rantię suę testes haberet. Proinde quis ei Eche
tum comparabit? at hic sanē articuloꝝ summā
abscindēdo reliqua corporis integra reliquebat
ille uero in uersa cum omnibus mēbris detru
cabat. Quo igitur totum q̄ partē destruiere cru
delius est/ eo Philippus Echeto inmanior erat
Philippus autem dum uiueret a malis cessare
nesciebat: mihi uero illius scelerum orationi se
nem imponere conuenit.

Cōparatio

Epilogus

E

Definitio comparationis.

Comparatio est sermo inuicem exami-
nandus ex appositione maius a'iquid
comparato colligens aut equale. Oportet
e s qui comparant / aut bona bonis / oppo-
nere aut mala mali / aut paria maioribus conferre.
Omniño comparatio duplex est laudatio / aut vituperatio / ut pote ex laudatione & vituperatione
composita. Omnis quidem comparationis locus
admodum difficilis est / praesertim si paria maioribus
conferas. tot autem comparare / quot etiam
vituperare / ac laudare convenit: personas / res / te-
poralia / loca / irrationalia animalia: ad haec plantas.
Non opus est: ut qui comparationem faciunt /
totum cum toto conferant. inefficax. n. hoc est.
neque acre: sed & piti caput componant. hoc. n. ve-
hemens. quoniam laudationem / non comparatio-
nem diu idere consuevimus. In hoc comparatio-
nis progymnasmatē non est comparatio caput:
quia comparatio est tota praexercitatio.

Comparatio Achillis & Hectoris.

Proemium.

Cum in virtutem virtuti comparere inten-
deret / Hectori filium Pelii conferere
delegi: precioso & n. p se virtutes sine

si uero comparentur / sublimiores existunt. Igitur ambo & si non ex eadem patria / utraq; tamē laudata nati sunt. illē. n. ex Phthia / unde Hella / dis cognationem prouenit: hic uero e Troi / quam deorum primus cond. d. re. itaq; ut e simili regiōe nascā pari laude celebrādū est: ita Achilli Hector non inferior fuit. Laudata utriq; nati patria eandem cognationē habuere. Utriq; n. a Ione procreati fuerunt: Achilles quidē ex Peleo / ex Aeaco aut Peleo: deq; Ione Aeacus: ac Hector pariter ex Priamo & Laomedonte: i. a me don a Dardano pcessit: Iouis filius Dardanus fuit: progenitoremq; Iouem nati similes parentes habuerunt. Acouli quidē Aeacus / & Peleo: quorū ille greges a penuria liberauit: hic uero interemptus a apibus deam Thetidem coniugem uirtutis prēmium meruit. Hectori autem progenitor Dardanus existit: quā prius cū dijs uiam dedit. Priamus uero pater / urbis ad ijs cōstruētē d. minus fuit. Ergo ut simili e est cū dijs coire: ac una cum nymphis uiuere / ita Hector Achilli similis fuit. Talibus nati progenitoribus utriq; ad fortitudinē educati sunt: Achilles quidē sub Chirone: Hector uero sub Priamo: qui filio naturalia uirtutis documenta contulit. Cum igitur ambo ad uirtutem instituti essent:

Genus

Educiti

Res gestæ

parem sibi rebus gestis gloriam compararunt.
nam comprimū virilem etatem ingressi sunt:
idem sibi eodem bello robur uendicarūt. primū
n. Troianorum dux Hector fuit: dumq; uinceret
Troie propugnator extitit: atq; a dijs adiutus ī
bello perstitit: moriendoq; Troiam dirui pre
buit. Achilles autē in gerendo bello totius Gre
ciæ princeps: Troianisq; omnibus metuendus
superior in pugna erat: in belloq; auxiliatricē
Palladem habuit: ac Grecis moriēdo gloriosam
uictoriam abstulit. & ille quidem uictus a
de sublatus est: hic uero ab Apolline ictus con
dit: amboq; a dijs progeniti/a dijs interiere: a qui
bus & genus & uitę finem acceperunt. Quanta
igitur utriusq; uitę & mortis similitudo: tanta
inter Achillem/ & Hectorem fuit. Pluraq; multa
de utriusq; uirtute dicenda supererāt: nisi uterq;
suis operibus ac gestis parem / admirandamq;
gloriam obtineret.

Epilogus

Definitio Ethopœiæ.

Ethopœia.

Ethopœia est imitatio moris subiectæ p
sonæ. huius aut tres sunt differentia. Idol
lopœia: Prosopopœia/ Ethopœia. Est qui
dem Ethopœia quę persona cognitam habet:

Sed solam mores effingit: unde etiã Ethopocia
appellatur: ut quę nam uerba Hercules imperã
te Eurystheo dicere potuisset. hic n. Hercules
cognitus est: dicentis aut mores ficti. Idolopoc
ia est quę personam habet cognitam: uerum
tamen mortuam: & ad dicendũ impotentẽ ut in
comœdia. Ἰδολοποιῶν finxit Eupolis: & Aristi
des in oratione pro quattuor. Vnde etiam idol
lopocia appellatur. Prosopopocia est quando om
nia finguntur: & mores: & persona quemadmo
dum Menander redargutionem finxit. Redargu
tio n. res quidem est: non autem persona. Vn
de etiam prosopopocia appellatur. Nam cum
moribus persona fingitur. Hęc igitur Ethopoc
ie diuisio: cuius aliqua passiva est: aliqua mor
ralis: quędam mixta, ac passiva in uniuersam
affectum significat: ut quę nã uerba dicere post
set Hecuba cadẽte Troia. Moralis solos mores
affert: ut quę nam uerba mediterraneus uir pri
mum mare intuinus diceret. Mixta quę utrũq;
mores & affectũ complectitur: ut quę nam uer
ba Achilles super mortuo Patroclo diceret: cũ
pugnare decreuisset: mores n. sunt consiliũ: affe
ctus autem amicus mortuus. Ethopociam ue
ro dicendi forma diluãda/arcumasa/florida/
dissoluta ab omni perplexitate libera/ atq; figu

Idolopocia

Prosopo
pocia.

ra tonficies: eaq; per capita in tria tempora præ
fem: præteritum & futurum divides.

Ethopoeia passiva.

Quæ uerba dicere posset Niobe iacenti
bus liberis.

Præfens

Q ualem cum quæsi fortunâ conmuto
to filis orbata/multipliâ quondam
sobole generosa: nunc uero copia in
inopiam uersa est. neq; satem unius mater ex
istolo: quæ prius multorû uidebar, quâto melius
fuisse: si primo nunq; peperissem: q̄ nunc in lac
chrymis parere. Quæ filius matres priuantur:
longe sterilibus infeliciores sicut. nam quod in
consuetudinem uenit: id si auferatur: admodum
triste fit. Sed heu mihi similem parenti fortis
nam sustineo. a Tântalo nata sum: qui cum diis
discambebatur. Verum tamen postea a deorû con
suetudine exadi: ac Tântali filia meum infeli
citatibus genus confirmo. Consueueram Lato
næ/cæus causa infeliciater ago. eius. n. familia iu
tate in liberorum perniciem usa sum: deorumq;
consuetudo mihi i calamitates uertitur. Priusq;
in Latonæ amicitiam peruenirem & beator mal
ter eram. sed eius familiaris effecta/ quam ante

Præteriti.

illius consuetudinē multiplicem prolem posside
 bam/perdo. nūcq; mihi & maribus & sceminis
 interemptis lugendum est. Sed alijs in filiorum
 obitu luctus honestior / mihi propter maxmū
 dolorem negatur. Quo uertarē quos suscipiamē
 quale mihi ad omniū liberorum tacētis in per
 niciem sēp lebrum sufficiētē in. Na mihi tot ca
 lamitatibus oppressa omittuntur. Verum enim
 uero cur hæc deploro? cum a diis / ut me in aliā
 formam transmūtent / impetrare liceat. hanc so
 lam ab infelicitatibus liberationem intueor / si
 ad insensibilia commutabor. Quāmo amplius
 uer corne si in saxum mutata fiero. lachrymas
 adhuc findim.

Futurorū

Definitio descriptionis.

Descriptio est oratio expositiua que re
 significatam ante oculos euidenter res
 presentat. Describenda sunt personae
 & res. tempora & loca / irrationalia animalia: in
 super plantae. Personae quidem ut Homerus in
 Odyssæa ad Eurybatem. Furia coloribus meisq;
 et tu. dicitur. sine rectoribus. Res autem ut naualis
 pignora / aut pedestrīs / quemacmodum historis
 casus sunt. Tempora ut uer, aut æstas / differendo

quot in ipsis flores producantur. Loca uero uel
idem Thucydides Thesprotarum portum tem-
peſtuoſum: quamq; teneat formam dixit. Qui
personas intendit describere/ut a primis ad uiti-
ma procedat/opus eſt hoc eſt a capite ad pedes
Res autem ab ijs/quæ ante eas fuerunt: & queſ-
cinq; ab illis ſolent euenire. Tempora uero &
loca a circum tenentibus/& ab ijs/quæ inſunt eis.
Descriptionum alię ſimplicis/ alię coniunctę.
& ſimplices quidem/ut ſi quis pedeſtres/aut na-
uales pugnas deſcriberet. Coniunctę uero/ ut q̄
res/& tempora coniungunt. ſicut Thucydides
in Sicilia nocturnam naualem pugnam deſcri-
bit. nam poſtq̄/quomodo pugna gerebatur/ de-
ſcripſit: quomodo etiam per noctem ſe habebat
deſcriuit. Forma dicendi attenuata deſcribenteſ
uti oportet: deſcriptionęq; uarie figurare: ac om-
nino res/quas deſcribes imitari.

Deſcriptio aræ Alexandria.

ARæs ſane in urbibus ad cõmunem uti-
litatem conſtitutæ ſunt urbium. n. uer-
tices ſunt: ipſę autem in munantur non
minus edificijs/q̄ ciuitates munant. Et Athē-
niensium arx in Athenarum umbilico circum-

lata fuit. Ceterum Alexander suae urbi/ quae
ab illo cognomen tū accepit / arcem construxit
quā in istius acropolim appellare licet: quod
in urbis extremo / & celsō sita sit: quam illā
qua multum Athenienses gloriantur. nā Ale
xandriae arcem ita quodāmodo se habere refe
runt. Quidam a terra tumulus usq; in mul
tum altitudinem procedens consurgit. his er
go duabus causis Acropolis appellata: quāq; in
immum erigitur: & quā in urbis extremo
condita fuit. Diversi ad hanc accessus: hanc. n.
via dicitur: illac vero ascensus est: appellatio
nesq; viae mutant ab effectu ipso uarie uocita
te. Nam pedibus hac ire licet: omnibusq; ita
est in curru uectis: illac autē accliu ascensus
suspenditur: qua curru uehi impossibile sit.
Scale. n. sup se alas semper consurgunt: ut po
te ab humiliori loco in altiore agentes neq;
donec ad certum gradus peruenerit/ sinuntur
hic. n. perfectus numerus scalarum terminus
est. Scalas uestribulum mediocribus cancellis
circumseptum annectitur: ac colūnae quattuor
maximae consurgunt: quae ad unum multipli
ces uias introitum ducunt. Quaedam colū
nis domus superstruitur: quae multas medio
tres colūnnas colorum uariorum ostentat.

fic ideo comparatas: ut affixæ atq; compactæ
ornamento essent. Tectum domus rotundū
in quo cælum cum syderibus cælatum est.
Dum ipsam aræm ingrederis. oculus unus in
quattuor equalia latera diuisus est: cuius ma-
chine figura quadrata existit. At in mediu-
lio aula colūnis undecimq; sustinetur ac aule
quidem porticus succedunt: porticus autē equa-
libus maximis colūnis distinctæ sūt. Singulæ
porticus ad alteram transversam terminatur
et bine colūne in alteram porticum inter-
cedunt: rursus in alteram desinentes ab alte-
ra rursus incipientes. Intra porticus domus
constructæ sunt: quæ partim librorum arma-
ria sūt: diosif ad librandū exposita conti-
nent. uniuersamq; auitatem ad scientiarum
facultatem adiuocant: parim uero ad ueterū
deorum uenerationem erectæ. Porticum uero
lacunar decoratum: colūnaūq; capita gre-
elaborata: atq; illita sunt. Ornatus aule uo-
rius: qui Persi gesta partim continet: at in
medio colūna quædam altissima erigebatur:
quæ loci illius index erat. si quis. n. ingredie-
batur: quo uaderet nequaquam intelligebat:
nisi pro uiarum signo colūna uteretur. illa est
terraln. atq; aram conspiciendam præbebat.

In colūne vertice rerum principia circum
 stabant: ac priusq̄ in aulæ medium peruenire e
 tur: ædificium quoddam in tot portas diui
 sum: quot deorum antiquorum nomina sunt/
 erigebatur. lapidei aut̄ obelisci duo consurge
 bant: fonsq; laudabilior illo/qui a Pisisstradis
 Athenas deductus est. quodq; miræ incredibili
 leq; uidetur idem fabrorū numerus/qui deoq;
 fiat. tota. n. a cropolis constructio duodecim
 fabros habuit: ut pote uno ad huiusmodi stru
 cturam non sufficiente. Ab arcē descendentes
 hac quidem locus planus stadio perq̄ similis
 exapit: unde etiam loco hoc nomen inditum
 est illac uero locus alius superior. i. similiter
 distinctus. uerum illi planicie & magnitudi
 ne impar. Ceterum præstantior huius aræ
 forma est. q̄ ut uerbis exprimi possit. si quid
 aut̄ omissum/ id mihi aculi causa factum est: nā
 quia commode dici non poterat: idcirco præ
 te. missum fiat.

Definitio causæ.

Causa quæ a Græcis thesin dicunt: est per ora
 tionē alicuius rei cōsideratæ inspectio.
 Causarū alię sūt civiles alię specula

Theſis.
Hypotheſis

ſive ciuiles quidem ſunt quæ rerum actionē
ad ciuitatem pertinētium continent. ut an ru-
bendum / an nauigandū / an edificandū. hæc. n.
omnia ſi fiant res ciuiles continent. Speculati-
ue uero / quæ ſola mēte conſiderantur. ut an ro-
tundū ſit cœlū? an multi ſint mundi? hæc. n.
hominibus in actionē non cadūt. ſola autē mē-
te conſiderantur. Differt Theſis ab Hypothe-
ſi: quod Hypotheſis habet circumſtantiam:
Theſis uero circumſtantiam non habet. Cir-
cumſtantiā autē eſt perſona / res / cauſa / & reli-
quæ / ut hoc an edificandū. Conſideratio non
habet perſonam. hoc. n. aduenientibus Perſis
Lacedæmonij muris Spartam munire delibe-
rant / Hypotheſis eſt. Perſonam. n. habet La-
cedæmonios conſiderantes rem uero / manū
bus munire: cauſam / aduēientes Perſas. Theſis
in præexercitamentis primum contradic-
tionem & ſolutionem / ſecundū quæſtionē ad-
mittit. Diuiditur ergo Theſis primum qui-
dem in Ephedū ſic appellatam / ideſt in proce-
mū ex directo ad narrationem tendens. illā
n. proæmiorū loco citæ. deinde uteris finali-
bus locis / legitimo / iuſto / uili / poſſibili

Cauſa / an dicenda ſit uxor .

Qui totum breuibus commendare
querit/hic nuptias laudet: quæ a
cælo datæ sunt: quoniam cælum
dijs replent: & deorū parentes fiunt/a quibus
patris nomen processit: deosq; producentes na-
turam suam conseruandam dederūt. cum po-
stmodū in terras descendissent/ uniuerses re-
liquos generarūt: mortiq; subiecta prætercū
de/ ea nuptiæ per successiones durare excogi-
tarūt. Primo quidē homines ad fortitudinem
hortantur. nam cum per nuptias liberi pro-
ducantur: p quos bella gerūt: huiusmodi suis
muneribus fortitudinem præstant. deinde
nos ad iustitiam cum fortitudine instituūt.
qm̄ filiorū respectu iuste homines patra-
re uerentur. Itaq; nuptiæ iustos/ & fortes effi-
ciūt. Prudentes insuper reddūt: dū parentes
ad carissimis liberis providendū excitant.
Præterea (qd̄ mirandū est) nuptiæ secum
temperantiam ferūt: temperataq; uita uo-
luptatum copie cōmiscetur. quoniam uolup-
tatibus legem imponūt/ ergo per legem cum
temperantia uoluptates præbent: quæ certe si
solæ fuerint/ repræhensione non carebūt. Ve-
rū si nup̄ ijs admiscerantur laudabūtur. Itaq;
si nuptiæ deos: & post hos reliqua animalia

Contradi-
ctio.
Solutio.

producunt: fortes: iustos: sapientes: temperatos
efficiunt: quomodo totis viribus enitendum
non est: ut eas commendemus? Sane dices. Sed
calamitatum causae nuptiae sunt. Fortunam
mihi videris non nuptias accusare, nam quae
homines male patiuntur: ea fortuna causat: non
aut nuptiae, quae vero nuptiae hominibus ab
de largiuntur: haec nequaquam fortunae bona
sunt, quare nuptiae pro bonis quae secum ferunt
laudande potius sunt: quam ob mala quae for-
tuna praebet accusandae. Quod si etiam quae
hominibus pessima conveniunt in nuptiis ascribere
mus: ideo ne ab illis abstinendum erit? an quae
alijs rebus difficultates & molestiae insunt:
nos a negocijs remouent? Si placet / quascumque
artes diligenter scrutare: aliquod in singulis di-
gnum reprehensione reperies. Agricolas tempe-
states molestant: & grandinis calamitates
conficiunt. hijs tamen quoniam a tempestatibus in-
festantur: agriculturam non deserunt. quin
inimmo etiam si illos ex caelo aliquid contristet:
in terra ex colenda perstant. Rursum nau-
tes infelices sunt: ingruentemque tempestate na-
ues perducunt: pro ea tamen a navigatione non desistunt:
quoniam in quibusdam male affecti sunt. uerum ad
fortunam infelicitatem / deuectam copiam ad

maris beneficiū referūt. Ad hæc & pugne / &
bella bellatorū corpora perdūt: nō in / qm̄ bel
lando cadūt / pignas deserūt . sed quia bellū
gerendo laudantur : cadere contenti sunt
malūq; bono contegūt . nō n. bona pp mala
fugienda sicut: sed bonorū causa a la sustinē
da sūt. Itaq; an absurdū est / agricolas / ac nau
tas: omnesq; insuper milites / quæ sibi mole
sta sunt bonorū gratia ferre: nos uero qm̄ tri
ste aliquod secum trahunt nuptias spernere?
Sane dices . Sed mulieribus uirginitatem / fi
liis orbitatem afferūt. Hæc mortis mala iam
nobis a natura dari consueua sūt. Tu aut̄ mi
hi nuptias criminari uideris: qd̄ homines im
mortales nō efficiāt: neq; dijs mortales pares
reddiderint. Dic mihi cur nuptias pro ijs re
bus: quæ mors operatur. accusas? cur quæ na
turæ sūt / nuptiæ esse dicat & concede cade
re / qd̄ ut cadat / natum est. Quod siquidē quia
nati sūt homines / cadūt: cadendoq; uirgines
coniuges / ac ex se natos orbos reddūt: cur
quæ solū natura facit / ea nuptias efficere di
cis? Ego contra sentio: orbitatem. q; & uirgini
tatem nuptias emēdare contendo. Mortuus est
alicui pater: Itaq; ratione filius orbos esse
suis est: neq; aliū orbo nuptiæ parentem con

Contradi

ctio .

Solutio.

tulerunt. Itaq; non a nuptiis hæc calamitas
procedit: sed potius nuptiis contigitur: quæ
non auferunt orbitatem/quinimmo auferunt.
Proinde natura viduitatem morte inducit:
quam nuptiæ matrimonio remouent. quam
n. mors viduam facit: eam nuptiæ ueluti sui
numeris conseruatrices alteri uiro cõiungi præ
stiterunt nam quæ primum contulerunt: si aufer
rantur /rursum concedunt. Igitur nuptiæ ui
duitatem auferre/non adferre consueuerunt.
Pater in super filijs morte priuatur: sed prius
re amisso dum alte re suscipit/pater iterum effi
citur. ut ergo in nuptiis pulchra nuptiarum
dona culpas. Mibi nolle nuptias reprobende
re/ sed laudare uideris. nam quod me nuptiarum
magna recensere compulisti/ eam laudator/
non accusator effectus es/ dũ nuptias accusas/
nosq; illas laudare excitas: atq; nuptiarum calu
nias in beneficiarum catalogum uertis. Sane di
ces. Sed nuptiæ laboribus plene sunt. Verum
enimvero quid melius q̃ nuptiæ laborem re
mittere nouit? oēs. n. labores nuptiis tolluntur
requies omnino est in consuetudinem uxoris
conuenire quanta uiro uoluptas cum mulie
re concubere? quanta cum uoluptate filius
expectat & ex spectatus edis? natusq; patrẽ

Contradi
ctio.
Solutio.

appellat: atq; ad alicuius professionis Studiu uadit? ac patri adiutor existit? Et apud populi frequentiam concionatur? parètemq; in senectute alit? demum talis/ qualem optimum decuit/ euadit? Nequeo paucis complecti quæ bona nuptias continentur. ipsæ adeo admirandæ sunt: ut & deos producant: mortalesq; deos uideri præstent: dum illos continue reparant: ac omnes: qui nuptiis initiuntur iustitiam colunt/ temperantiam respiciunt/ abindeq; licitis & probatis uoluptatibus fruuntur. Itaq; optime constitutum fuit: ut præ ceteris omnibus nuptias plurimi faciamus.

Epilogus

Definitio promulgationis legis.

Promulgationem legis quæ idam etiam præexercitationem esse tradiderunt: est. n. fere tota Hypothesis: non tamen omnia quæ sunt in Hypothesi continet. in ipsa namq; persona non semper tamen cognita introduatur: unde maior est Thesis: minor autem Hypothesis. quàm omnino sub quadam figura personam recipit/ maior est Thesis. sed quia circumsstantiam manifestam non habet/ minor est Hypothesis. Legis ergo promulgatio duplex

G

est exercitatio / defensio & accusatio legis
conditæ. Est autem lex inuentum / & donum deo
rum / communis uero ciuitatis consensus : & recte
tam diuinæ / quàm humanæ correctio. Hęc quæ
promulgationis legis diuisio est. ijsdem cap
itulis / quibus negocialem ipsam conficies
legitimo / iusto / utili / possibili. proœmia fa
cies legi conuenientia. post quæ pones capit
appellatum contrarium : deinde prædicta capita.
unde etiam in hoc differt a Thesi.

Accusatio legis iubentis adulterium in ipso
adulterio interfecta.

Proœmii

Neq; penitus legem laudabo / neq; om
nino scriptum accusabo, nam quod
adulterorū crimina prohibet / hanc cō
stitutionem comprobo : quod autem iudicibus
suffragia non permisit / hoc sanctionem
improbo. Siquidem ne iudices donis corrumpe
rentur / uerebatur : ideoq; iudicandi ius illis
abstulit : illam male de iudicibus sensisse ar
guitur. Sin autem uos iudices integerrimos / ut
estis / existimauit : quomodo conuenit / lauda
re quidē iudices / sed iudicibus iudicandi ius
auferre ? Omnes igitur leges alia / quæ legi

Contrarii

bus contrarie sunt: partim hary ciuitatum in
stituta contrarie sunt: partim cū alijs cōue
niūt. & ex sola p̄ns lex contra alias omnes la
ta est. Videmini aut̄ mihi hāc legem longe
prudētius examinatos esse: si quęcūq; in
rep. nōstra constituta sunt/consideraueritis.
Imperatores/sacerdotia/decreta/omnia (ut
ita dixerim) quęcūq; p̄mio digna in bel
lo geruntur/ueſtro iudicio subiecta sunt. Im
perator ueſtro suffragio creatur. Sacerdotiū
quē iudices confirmarunt/gerit: quodq; a pa
tribus decernitur/si populus iudex sanāue
rit/pro rato habetur. Neq; strenui in bello
p̄mijs donāt/nisi ea prius a iudicibus diuidi
cata fuerint. Quomodo igit̄ non absonū iudi
cium suffragiū effugere? Sane dicēs. Sed
atrocia sunt moechorū crimina. Quid aut̄ ho
micidarum scelera/ non ne sunt maiora?
an ne proditores alijs scēctis minores ar
bitramur? an ne sacrilegi proditoribus peio
res sunt? Veruntamen in bis criminibus de
prebensus iudicium examini subiacet. neq;
proditor/nisi reus a iudicibus peractus fue
rit/pœnas luit. neq; aliquid mali pati sacrile

Contradi
ctio
Solutio.

gor' fus est / priusq; eorū delicta iudices cogno-
uerint. Ergo non ne absurdū maiora crimina
pœnam apud iudices luere: neq; eorū aliquod
nisi iudicibus decernentibus cōdemnari: solum
uero adulterē sine cognitione interficere: quoniam
in primis / quia leuior in eoq; in ceteris cul-
pa est / iudicium examini subiicere oportet.
At quid differt adulterē occidere / an uel a
iudicibus tradere / si par ab utrisq; supplicium subi-
bit? Quantū inter tyrannū , & legem / inter
popularem statum / ac unius principatum
differt tantū ista inter se diuersa sunt. tyran-
nus. n. unūquemq; pro libidine sua interficere
potest: lege autē conuictū iuste occidere licet.
Populus quidem in concionibus quæcūq; tra-
ctat / examini subiicit. at rex dominus est in
dicta causa occidit. contra populus / & lex in
dicta causa non occidit. sed omnia ab rerum
dominis / sicut tyrannis diuersa facit. Itaq; quo
modo non est diuersum adulterē occidere / &
iudicibus tradere? Ad hæc qui sui causa adul-
terē interficit. se delinquentis dominū facit.
at qui illum apud iudices postulat / confessum
iudicium dominū rei facit. igitur satius est
iudicemq; accusatorem dñm fieri. Præterea
quæ sui causa adulterē necat / ab aliā rationem

Contradi-
ctio.
Solutio

occidisse suspectus est. at qui iudicandum of-
frit / sola iura tutari videtur. Sane aices. Sed
si statim occiderit: atrocius supplicium subibit.
quam si ad iudices deferretur / illam temporis in-
tercapedinem pro lucro habebit. Immo si iu-
diabus subiicitur / secus fiet. interea .n. tri-
stis orem vitam sustinebit. nam qui poenam
expectat / maius supplicium quam si illam passus il-
lico fuisset / sentit. ac poenae dillatio additio poe-
nae videtur: quique se mori credet / sapientius mo-
rietur: grauisque erit morte[m] expectare / quam mo-
ri. quare si derepente necabitur adulter / non
sentiet. improvisa poena sensum auferit / in spe-
rata mors dolore non sentit. sapientius autem
expectata: semel uero illata poenas expe-
ctatione auget. Considerate igitur ex com-
paratione / siquidem accusator / dum sui causa adul-
terum occidit / nullam ultionis suae tractem pro-
ducere potest: neque si iudicibus examinandum
tradiderit / iudicium multos spectatores habe-
bit. poenae autem genus / quae multis spectantibus
infertur: tristius est. Alioqui adulteris / ut
secretum interimantur / expedit. multi .n. non
adulterii: sed inimitiae causa conuicti sunt
spiciuntur. neque si a iudicibus rei peracti fue-
rint / moriendo iustissimum supplicium patien-

Contradi-
ctio
Solutio,

250171A

Contradi
ctio
Solutio

tur. Itaq; plurimum inter se differt / adulter
an occulte trucidatur / an iudiciis tradatur.
Res atrox e adulter: ut q' iniquitatis genus oē
excessit. Ergo primū cōvincatur: deinde ex cru
ciatur: potiusq; iudicetur / q' pœnam iudicta
causa luat. si n. adulter publice necabitur / pa
rentibus cœtior em filiorū in sobolem / dabit.
neq; n. in p'p'ter / cuius aliquis filius. sit / su
blatis adulteris dubitabitur. Adulteriū e
commune nature scelus: unde etiam tan
tum facinus commune iudicium suffragium
tollat. Quam ego vereor / ne quod adulter se
creto interficiatur / sua similes multos relin
quat. nam quia / cur occidatur. nescitur: eius
Studia multi imitabuntur: huiusmodiq; pœ
na non adulterij finis: sed exordium erit.


FINIS APHTHONII
PRAEEXERCITA
MENTORVM
IOANNE MARIA CA
TANAEO INTER
PRETE.

ANT 1628



Impressum Romæ apud Iacobum Ma
rochium Romanæ Acahemiæ Bi
bliopo. Anno. M. D. XVII
Die. XXI. Mensis
Novembris.

Triumphante Dno Leone. X.
Pontifice Maximo
Año eius quin
to



1877
M. D. XVII
M. D. XVIII
M. D. XIX

1878
M. D. XX
M. D. XXI
M. D. XXII

